

1076.

1292 d. 23 Juli.

Stockholm.

Konung **BIRGERS** vidimation af Kon. Magnus I:s bref och stadfästelse på en till Ärkedjeknedömet i Linköping gifven gård.

B. 3. 94.

BYRGERUS dei gracia Sweorum gothorumque Rex Omnibus presentes litteras inspecturis salutem in domino sempiternam Tenore presencium constare volumus vniuersis Quod nos litteras dilectj patris nostrj dominj M. bone memorie, non cancellatas non rasas non abolitas nec in aliqua suj parte viciatas vidimus in hec uerba. *Se N:o 991.* Quia ergo nobis euidenter constet & ad plenum dictum dominum siggonem dictam curiam cum omnibus suis pertinencijs necnon & communitatibus predictis in suj testamento archidiaconatus in ecclesia lincopensi contulisse Nos dictam donationem ratam habere volentes dictas communitates ad archidiaconatum in ecclesia lincopensi perpetuo volumus pertinere & hoc per presentes litteras confirmamus In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Datum stokholm. Anno Dominj Millesimo Ducentesimo nonagesimo secundo in crastino beate marie magdalene.

1077.

1292 d. 25 Juli.

Skällwik.

Ärkedjeknen **SUNES** i Linköping qvitto å 110 mark wadmal, som han af Biskop Lars uppburit och som Biskop Bengt var honom skyldig.

A. 6. a. 2. 9.

Omnibus presentes litteras inspecturis. **SUNO** archidiaconus lincopensis salutem in domino. Constare uolo quod centum decem marcas. wadmalie recepi a domino nostro episcopo laurencio in quibus mihi tenebatur predecessor suus episcopus benedictus. Scriptum skældewich. anno domini. M°.CC°.XCII°. Die beati jacobi apostoli.

Sigillet andeligt.

1078.

1292 d. 30 Juli.

Biskopen **LARS** i Linköping intyg om Herr Svante polks byte af jord med Hospitalet i Norrabygd.

B. 3. 168.

Omnibus presentes litteras inspecturis **LAURENTIUS** dei gracia episcopus lincopensis salutem in domino Constare volumus euidenter quod recogno-

Sv. Diplom. II.